



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Sapientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

rat olim Britannia, tanto filios amore prosequitur, ut si unquam accidat, ut cum filiis in venatores incidat, simulatque conspecti sunt illi, pater & mater sponte accurrunt, seque ipsos venatoribus dedunt, ut ita eos à filiis aliorum avertant; *Νυκτωβη* enim non *Νυκτωβη*, in antiquis manuscriptis edicibus habetur. Cujus pietatis ergo visum est Ægyptiis, animal hujusmodi magna prosequi veneratione. In iisdem enim manuscriptis exemplaribus est, *αιγυπτιας εδοξε σεβασειν τ ζων*, non autem *συμειδεν*, ut habetur in impressis. Porro Britanni, qui, uti dicebamus, Vulcanferem in deliciis habebant, nostrum Anserem religiosum opinabantur, eoque abstinebant. Nam cum de moribus eorum Cæsar loqueretur, eos dixit Anserum cibo non vesci, perinde ac etiam neque Lepore. Verum istud olim.

Anser olim
religiosus
Britannus.

DE NOCTUA. CAP. XII.

Reliquum est, ut & Noctua, & aliarum avium, quas promisi, significata prosequamur, quæ cum nostrates sint, Latinis, & Græcis plurimum innotuere: quare de his longe certiora sumus alaturi.

MINERVA. CAP. XIII.

Primarium Noctua significatum est, ut Minerva per hieroglyphicum ejus intelligatur, de qua ipsa Glaucopidis etiam cognomentum sumpsit: sive propter crasum oculi colorem, quo qui præditi sunt, præstantioris & acutioris ingenii feruntur esse: sive propter lucubrandi, contemplandique munus, quod animi vis nocturni potissimum temporis silentio vegetatur. Qua de causa Dracones etiam Gorgoneum quippe caput, ægidi adsculpebantur. Acutissimum enim esse Draconi visum ex eo potissimum apparet, quod ab intuendo illi nomen, ut in Serpentis Commentario copiosius. Addunt alii tertiam quandam causam:

Meminit
Cicero ad
Q. Fratrem
E ad Tor-
quatum.

Plut. in
eius vita.

quia nusquam Noctuarum vis major, quam Athenis, ubi dea ipsa præcipue colebatur, unde proverbium illud emanavit, *γλαυκας Αθηναιφερ*: sive id ob Noctuarum copiam, sive ob numerorum multitudinem, qui Noctua signum habebant. Acerbe vero Demosthenes in hujusmodi Noctua cultum ludit, cum è carcere populi Atheniensis elapsus fugeret: nam ad Palladis arcem subinde respectans, sublatiis manibus: *ο Παλας*, inquit, *urbiun dominu* cur tribus infausissimis bestiis delectaris? Noctua, Dracone, & Populo? ex una forte cæcitatem, ex Dracone livorem animorum, ex Populo instabilitatem & inconstantiam intelligens.



SAPIENTIA. CAP. XIV.

Sane vero cum Minerva consilii prudentia que Dea diceretur, aliquot in ostentis Noctua sapientia signum fuit, ut quæ in Hieronis privati adhuc hominis hasta confedisse conspecta est, prius bello quod iniit: nam aruspices hinc eum cautum in consilio futurum prædixere, id quod sapientissimum totius ejus vitæ regimen comprobavit.

VANÆ SAPIENTIÆ STUDIUM.

CAP. XV.

Sed quantum pertinet ad doctrinæ studium lucubrationesque ipsas, interpretationem ejusmodi non respuit Basilius, sed eos intelligi vult, qui vanæ sapientiæ studiis incumbunt. Nam, ut illius aspectus noctu quidem valet, Sole autem illucescente non mediocriter obscuratur, ita istorum hominum mens acutissima quidem ad inanum rerum cognitionem esse videtur, hebetissima vero caliginæque oppleta, ad veram lucem hallucinatur, neque liquido quicquam intueri potest. In hanc fere sententiam Hierosolymitanus Hefychius Noctua comedi prohibitum ait: quia lucis beneficio nocte polleat, interdiu cæcutiat: ex quo illi debeant intelligi, qui legis contemplatione & scientia plurimum gloriantur, Evangelicam autem claritatem ferre non possunt.

No.